



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 3. Curlandia, Curland.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

| | | | |
|---|--|--|---|
| Vikeſland. | OESI- LIA Infula Oeſel. | Arnsburgum : | Arces olim prodiæ Da- nis à fratribus Crucige- ris , & eas Rex Daniæ poſſidet. |
| | | Arnsburg. | |
| | | Sonemburgum: Sonembourg. | |
| VIRLAN- DIA, ſeu VIRIA Virland. | Narua, ſeu Naruia: <i>Narue</i> , ad Fl. cognominem è re- gione <i>Iuuanogorod</i> , emporium nobile. Veſemberga: <i>Veſemberg</i> , arx & Capitaneatus. Tolzburgum: <i>Tolzburg</i> , ad finum Balticum. | | |
| HARIA Harie. | | REVALIA: <i>Reuel</i> , ſeu Riualia præcipua totius Eſtoniæ. Badifium: <i>Badis</i> , caſtrum & monaſterium prædiues. | |
| GERVENLANDIA, ſeu IERVIA, Geruenland. | | Vitenſteinum: <i>Vitenſtein</i> , arx vnica hu- ius tractus, Polonis <i>Bialy kamien</i> , hoc eſt albus lapis. | |

§. 2. *Litlandia*, *Leitland*, *Gallicè* Letten.

RIGA: *Rigen*, aut *Rig*, olim vrbs Archiepiſcopalis, duplici foſſa vallata ad Duinam Fl. *la Dune*, olim Equitum Teutonicorum ſedes, & curia.

Dunamunda: *Dunamond*, arx aditu difficillima: hinc olim Dani à nauibus tributum exigebant.

Valmaria: *Valmar*, ſeu *Volmer*, ciuitas & caſtrum, ad Fl. *Trideram*.

Segenuoltia: *Segenuolt*, cum caſtello ad Fl. *Treider*, Mareſcalli primi à Magiſtro ſedes.

Mariemburga: *Mariembourg*, in lacu caſtrum munitiſſimum.

| | | |
|----------------------|--|--|
| ARCHIEP. RIGENSIS | Riga: <i>Rigen</i> , de quâ ſuprà. Kokenhuſium: <i>Kokenhaus</i> , arx & ciuitas munitiſſimæ. Conemburgum: <i>Conembourg</i> , arx cum ciuitate. | |
| | | |
| | | |

| | | |
|------------------------------|---|--|
| EPISCOP. TORPA- TENSIS | Torpatum: <i>Derpt</i> , ſeu <i>Derhet</i> , aut <i>Dorpat</i> , ad Fl. <i>Becum Embek</i> , cum arce in colle munitiſſimâ. Neinhuſium: <i>Neinhaus</i> , bello Ruſſico celebre. | |
| | | |
| | | |

§. 3. *Curlandia*, *Curland*.

| | | |
|---------------------------|--|--|
| CVRLAN- DIÆ DVCATYS | VENEDA: <i>Venden</i> , aliter <i>Vindou</i> , ad Fl. cognominem, Polonis <i>Kieſſ</i> , vrbs Episcopalis nūc vnica à Sixto V. procurante eam ſedem Stephano Batorio Poloniæ Rege. | |
| | | |
| | | |

Duché de Curland. { Godlinga: *Godlingen*, vbi aliquando commoratur Dux Curlandiæ, creditur primaria Ducatus ad Fl. *Vindouu*.

SEMI-GALLIA { MITAVIA: *Mitauu*, aut *Mitouu*, vbi ferè degit Dux Curlandiæ in loco irriguo condita.

Semi-gallen. { Solemburgum: *Solembourg*, arx & præfectura.
Doblinum: *Doblen*, castrum perelegans.

C A P V T V I I.

Regnum Danicum.

FX duobus regnis conflatum est Danico & Noruegico, quæ quando firmius coaluerint suprà docuimus. Cùm ergo sub Christiano primo Sueci defecissent, & in rebellionis communionem Noruegi venissent, postea pollicitationibus huius Christiani hi reuocati sunt, & exinde in fide perstiterunt, atque eorum ope Rex Daniæ vindicauit sibi, aut detexit Insulas, de quibus postmodum in Noruegiâ agemus.

§. I. *Dania in genere, le Dannemark.*

N V M. I. *Nomen.*

NOMEN credunt omnes à Dano primo Danorum Rege deductum, ideóque dictam *Danmarchiam*, quasi *Terram Dani*. Philippus tamen Cluuerius, vt suprà in veteri Scandia notauimus, hoc nomen primò deducit à voce *Theuth*, quæ Deum sonat, & postea à Saxonibus *God*, vnde qui antea *Theutoni* dicti Godani, ex quo primâ syllabâ expunctâ Dani dicti sunt. Alij à voce *Daneman*, quæ dictio viros aquosos significat, à voce *Aha*, quæ illis est fluuius.

N V M. 2. *Quantitas.*

QUANTITAS Daniæ non satis commodè proferri potest. Quia multas Insulas complectitur, & continens crebris æstuariis lacinatur, si tamen ex cælo terræ mensura colligi potest, eius *latitudo* Geographica desumitur à gradu 54. ad 57. cum dimidio, ac proin-